contra Rigorem iuris scripti quo casu omnes concordant quod restrin-
gatur propter rigorem .l. annorum in hac questione unde probatur debere
considerari statum ecclesie de quo queritur utrum habeat consuetudinem
huiusmodi nam alique sunt ecclesie ubi non est numerus canonicorum nec distinctio
prebendarum de prebendis dictis et in istis non potest introduci hec
consuetudo quia non est reperire quod in talibus ecclesiis alique prebende va-
cent ergo prebende non vacantes optari non potest ut requirit
illa decretalis cum nitua(?) alique vero sunt ecclesie in quibus est certus
numerus canonicorum sed nullus certus numerus nec distinctio prebendarum ut patet
de conces. preben. c. fi. § preterea autem li. vi. et in istis etiam non potest
introduci hec consuetudo pari ratione immo maiore quia talibus ecclesiis
per administratores capituli bona dividuntur inter canonicos et illi
quanto sunt pauciores tanto recipiunt maiores portiones ut
in dicto c. fi. § preterea autem aliqui sunt ecclesie in quibus est numerus certus
canonicorum et prebende correspondentes ad numerum canonicorum
est etiam numerus sed non distinctio prebendarum quia omnia bona sunt
ad dominium et administrationem capituli et tamen in et super quibus bonis
quasi in quodam corpore absque aliqua actuali distinctione institutus
est numerus prebendarum correspondens numero canonicorum et iste prebende
magis proprie vocabulo vocantur portiones privilegiate(?) secundum in-
nocentium de prebendis dilectus et in istis ecclesiis sunt observare diversi-
ta in aliquibus capitulum sicut habet dominium bonorum dominium
domini ita per officiales suos omnia bona administrat et fruc-
tibus recollectis tot fiunt equales portiones quot sunt canonici
et cuilibet traditur portio sua et sic servatur in ecclesia Landaganey(?)
in huiusmodi ecclesiis hec consuetudo simili modo non posset introduci
quia cum inter prebendas non sint tituli beneficiales nulla sit
actualis distinctio et inter portiones que fiunt bonis administratis
nulla sit electio nec durat illa divisio fructuum nisi quousque
illi fructibus sunt consumptis non est reperire unam esse altera
meliorem in aliquibus vero ecclesiis in quibus est certus numerus
canonicorum et in quibus est et super bonis capituli absque aliqua
actuali distinctione institutus est numerus prebendarum correspondens
numero canonicorum capitulum ad quod spectat dominium bonorum
dominium bonorum non administrat per officiales suos sed divi-
dit bona capituli inter tot prebendas quot sunt canonici et
cuilibet ipsorum capitulum consignat prebendam suam et fiunt hee
consignationes ad tempus secundum quod capitulo placet et tempore lapso
omnes reducuntur in unum et fit nova bonorum divisio ut
ante prebendarum sed divisio quia non est possibile quod fiunt ita